Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Duodecimo posito ei fines Legitimo Executionis à Duce transgressos, tamen eo ipso non fit Arrestum de quo Constitutio nostra loquitur, si enim omnia Executionis excessum vel ei inquiam pro Arresto habere volumus longè excedemus naturam et gratitatem Arresti, quod in Camera Austriae factum non est, Cum via ordinaria Appellationis vel militatis prospectum sit ijs, qui in Executione contra Jura gravatos se arbitrantur.

Decimo tertio sit nec statutum decretum in Comitijs Ratisponensib. Ao 76. Imperatori exhibitum, Ego non Arresto Arrestum facere potuit, idque eo magis, quod hoc non audito, neque ei cognita datum est, Imo mutum tantum consilium fuit, post quod ab Imperatore nihil Dnis mandatum, et si quod ad eum in effectum non pervenit, Licet Comes acceptaverit, Cui tamen nec ipse satisfecit, Cum nuda verba saltem obtulerit, quod non sufficit, Ubi facto opus est.

Decimo quarto, Ex praedictis Jam hoc efficitur, Cautionem Judicio sisti, & Judicatum solvi, Casu ubi res Jam determinata et Judicata est, hue effectum esse, l. Unica. C. de satisdando tunc enim ex verbis et mente Constitutionis nostra locus est, quando de facto quod nulla cum cognitione, & Sententia praecedente Arrestatum. Verum ubi hoc processerint non tantum adversus personas sed et adversus bona et manu militari fieri potest executio l. quod restituere 60. ff de re vind. l. si victus 34. vbi dd. ff de re Jud. Marant. parte 6. de Contumacia.

Ex hactenus dictis liquere vt Jurisdictionem Consulum vel regimini Landsbutani ad praedictum recessum tam vnae personarum quam rerum et genere controversiarum satis fundatum fuisse atq Jurisdictionem fundata sane exceptio subsecuta probata in Constitutione nostra dici aut nominari negat.

porro.